

WARBURG INSTITUTE

FCR 160




WARBURG



18 0126570 3

F
C
H
160



Veterum Sophorum

S I G I L L A
E T
IMAGINES MAGICÆ,
finae.

SCVLPTVRÆ LAPIDVM ET
Gemmarum, secundum NOMEN Dei TETRA-
GRAMMATON, cum Signatura Planestarum, &
iuxta certos cali tractus & confellationes, ad
suspensos & mirandos effectus
producendos.

Additur

VERA EAS CONFICIENDI RAS-
TIO, & pro acuenda MEMORIA ac in-
genio erectio Signaturæ Mercuri-
tii stupenda.

Auctoribus

ZOROASTRE, Chaldeo.
SALOMONE, Regeludzorum,
RAPHAEL, { Iudæis.
CHARLES, { Ægyptio.
HERMETE, Persia.
THESTELE,


IOA. TRITHEMII manuscripto eruta.

Prodeunt

Anno reparata salutis

M. DC. XII.

UNIVERSITY OF LONDON
WARRINGTON INSTITUTE



VETERVM SOPHORVM

SIGILLA ET I-
MAGINES MAGICÆ, SE-
CUNDUM NOMINA DEI, & CONSTELLA-
TIONES ASTRORUM, CUM SIGNATURA
PLANETARUM CONSTITU-
TA.

TRACTATUS I.

SIGILLA RAPHAE-
LIS.

DRaconis formosi imago, si in Rubino, sive in alio lapide similis naturæ sculpta fuerit, scias virtutem eius esse in augendis bonis huius seculi, gestantemque hilarem & suum efficere.

Falconis imago, si in Topatio sit, ad acquirendam benevolentiam Regum, Principum & magnatum facit.

Astrolabi imago si in Granato sculpta
A x fuerit,

4 SIGILLA

tit, virtus eius erit sanum reddere gestan-
tem, & ab omnibus ægritudinibus aduersis-
que casibus in itinere liberum.

Asini imago si in Chrysolite sit, virtus e-
ius erit futura prognosticare & praedicere,
(quantum scilicet potest euadere in huma-
nam imbecillitatem, vere enim futura pra-
dicere solius est Dei.

Atiectis vel capitis hominis cum barba i-
mago in Sapphyro sculpta virtutem habet
fanandi & liberandi à multis infirmitati-
bus, & à carcere, omniisque molestia, et
que imago regia, dat enim dignitates & ho-
nores, ac in altum extollit.

Ranæ figura si in beryllo sculpta erit, vir-
tutem habet initicos reconciliandi, &
amicitiam inter homines, si discordes ipsa te-
tigeris.

Cameli capit is & duarum capratum in-
ter myrthi arboris imago, si in Onyche sit,
virtutem habet connocandi, congregandi
& constringendi dæmonas, si quis tecum
portauerit, & in somno facit terribilia vide-
re ac mirabilia.

Vulturis imago si in Chrysolito sit, virtus
eius erit dæmonas frenare & congregare,
defendere locum, in quo ponitur à malis
spiritibus, & ab eorum infestatione, gestan-
tique dæmonas facit obedientes.

Vesper.

Vespertilionis imago , si in Heliotropio sculpta erit, gestantem potentiam dat resistentiæ nonibus.

Hominis bene ornati imago & habentis aliquid pulcri in manibus, si in Corneolo sculpta erit, virtutem habet stringendi sanguinem, & ad honores confert.

Leonis vel Sagittarii imago, si in lapide sit, ad venena valer, & à febre liberat.

Hominis armati cum arca & sagitta imago, si in iride sculpta fuerit, virtutem habet custodire gestantem, & loca, in quibus versatur à malo.

Hominis imago cum ense in manu, si in Corneolo sit, virtutem habet præseruare locum, in quo erit à fulgore & tempestate, & gestantem à vitiis, & à fascinatione custodit.

Tauri imago, si in Prassio sit, ad maleficia iuuare dicitur, & in magisteriis gratiam praebet.

Vpupæ figura cum Dragontea herba ante se, si in Beryllo sit, virtutem habebit aquaticos invocare spiritus & loqui cohibere, deque quæfitis ab eis responsa recipere.

Hominis imago cum dextra manu ereta ad cœlum, si in Chalcedonio sit, virtus eius erit vincere ciuiles litigias, & gestantem

A ; redde.

reddere sanum , & in itineribus , ac à causis
noxiis præseruare.

Dei nomina in Ceraunia si sculpta fue-
rint , virtutem habebit præseruare loca , in
quibus erit à tempestatibus , & potentiam
victoriāmque dat gestantibus contra inimi-
cos suos .

Vrſi imago cum in Amethysto sit fu-
giendi dæmones virtutem haber , & homi-
nem ab ebrietate defendendi & præseruan-
di .

Hominis armati Imago in magnete scul-
pta , gestantes in bello reddit victorio-
los .

TRA:



TRACTATUS II.

IMAGINES, SEV SI-
gilla Chaelis.

Chael unus ex filiis filiorum Israel, antiquissimus Doctor, cum in deserto esset, obsecravuit, & sculpere fecit multas secundum cursum signorum & planetatum figuram, & maximum effectum in eis agnouit, utque haec imaginum virtutes posteris patarent, librum compositum, ex quo sequentia sunt excerpta. Sitque benedictus Deus, qui terris tales virtutes dedit in salutem humani generis. (Haec verba reperiuntur in ipso libro a Chaele conscripto statim in principio.)

Homini figura sedentis post aratum, cum longa barba, vultuque longo & supercilios curuatis, in cuius collo sint quatuor homines iacentes, & qui teneat in manibus vulpem & vulturem, si talis lapis, in quo haec erunt sculpta, collo suspendatur, ad omnes plantationes valet, & ad innueniendum thesauros, nam si sub cerauice, iturus in lectum posueris, in somno videbis thesauros, ac modum extrahendi est & alia eius virtus, scilicet conferre aegritudinibus brutorum, cum aquam biberunt, in qua hic lapis lotus fuerit, debet autem sculpi in die & hora Veneris.

Hominis imago habentis in collo clypeum, & in capite galeam, tenentis in manu gladium, ac conculcantis sub pedibus serpentem, in lajide rubeo sculpta, si collo suspendatur, omnes superabit in pectore, & maxime si commissum fuerit die Martis.

Equi imago habentis Crocodilum, supra se in hyacintho sculpta: virtutem habet credere gestantem victorem in ciuilibus causis, amatum, mortigeratum efficit, & amabilem, debetque in auro ligari, quia ex auro virtus eius augmentatur.

Hominis figura sedentis, & mulieris stantis ante eum, capillis spartis versus tenes, & viri sursum aspicientis in Corneolo sculpta, virtus eius erit ex omnibus hoc lapide contactis benevolentiam acquirere, lapidis autem debet supponi parum ambræ, & terebinthinae.

Equi spumantis & feruidi, super quem vir niger fedeat cum sceptro in manu figura sculpta in hemathite, regnandi potestatem praebet, & amissam gratiam restaurat, debetque in æquali pondere auri & argenti ligari.

Hominis sedentis cum accensa candela in manu imago, si in Chrysolito sculpta fuerit, gestantem diuitem efficit, debetque in purissimo auro ligari.

Cerui

Cerui aut venatoris, aut canis, aut lepo-
ris figura sculpta, virtutem habet frenandi
daemones, lunaticos, phreneticos.

Mulieris imaginem habentis ita una ma-
nu aliam, & in alia piscera sculptam, scias
virtutem habere in capiendis plicibus & a-
nibus; debet in argento ligari.

Imago cuius anterior pars est equus, po-
sterior vero capra, si in aliquo lapide sculpta
fit, dat fortunam in alendis & armantibus ani-
malibus seu bestiis omnium generum, de-
betque in plumbbo ligari.

Mulieris sedent s cum tuba in equo, seu
militis currentis cum cornu ad collum, &
cum arbore ante se, figura sculpta in aliquo
lapide venatoribus venandi gratiam pre-
bet, si secum portauerint.

Hominis flexis genibus sutsum respici-
entis, & teneatis pannum figura, si in lapide
sculpta erit, ac quis secum portauerit, dat
gratiam & diuitias in rebus emendis & ven-
dendis.

Scorpionis & Sagittarii ad inuicem pu-
gnantium figura, si in aliquo lapide sculpta
fuerit, malevolos & discordes efficiet con-
cordes, inimicos amicos, ligetur autem in
argento.

Vulturis imago cum ramo oliuæ in ore,
si in pyrite sculpteris, tecumque portaueris

in argento annulo, ad multa coniuia vocaberis, & omnes te aspicient cum admiracione & stupore.

Arietis & Leonis medietatis figura, cum in aliquo pretioso lapide sculpta fuerit, cum discordes cum ea tergeris, amabiles & concordes efficientur, debetque in argento ligari.

Mulieris in superiori parte, in inferiori vero plicis figura, que in manu speculum teneat, & in altera manu ramum in hiacyntho sculpta, dixitoque in annulo aureo gestata inuisibilis reddit, voluendus autem annulus cum lapide versus palmae est, palmaque claudenda.

Basilisci, cuius pars vna est foemina, inferior vero serpens figura, cum in aliquo pretiosorum lapidum sculpta fuerit, virtutem habebit cuncta fugandi animalia venenosa.

Basilisci pugnantis cum Dracone figura, & desuper sit caput hominis in Corneolo sculpta, cum collo appendatur, gestanti dabit virtutem superandi omnem bestiam tam terrenam quam marinam.

Hominis nudi inflati figura, cum altera hominis figurabene induit, ac tenentis in una manu cyphum, in altera vero ramum herbarum, cum in Gagate lapide sculpta fuerit virtutem habere scias liberandi ab omnibus

bus febribus, cum per triduum secum portauerit.

Hominis statuam habentis caput bouinum, & pedes aquilæ, sculptam in aliquo lapide, cum tecum portaueris, nullus hominum de te male loquetur.

Hominem flecentem genua, & sursum aspiciétem, & vnum pannum teneat, in turcosa sculptum, scias valere ad emendas & vendendas res.

Scorpiones & Sagittarii inter se bellantium figura in alto lapide sculpta, & ligata in annulo ferreo ceræ impressa, statim inter se discordes efficit, quo scunque ea tetigeris.

Arietis figuram cum medietate bouis in aliqua gemma sculptam virtutem habera scias, cum in annulo argenteo ligata fuerit, ut quo scunque ea tetigeris, contestim tales concordes fiant.

Fœminæ in superiori & in inferiori parte figura piscis, quæ in una manu teneat speculum, & in alia ramum, cum in Hyacintho sculpta fuerit, ligataque annulo aureo, invisibilem reddit quando cunque volueris: est autem sigillum cera cooperiendum, digitique palmam versus gestandum.

Hominis arantis figura, & supra illum sit manus Domini faciens signum, & iuxta illud

illud sculpta sit stella, si in aliqua gemma
sculpta fuerit, & honestissime gestaueris, in
qua regione eris à tempestate non peribis,
& fructus terrae similiter in illa non peri-
bunt.

Viri iuuenis tenentis in capite coro-
nam, & sedentis super thronum quadrupedem,
& sub quolibet pede sit vir stans, te-
ns cathedram collo, sitque circa caput se-
dentis circulus, & manus eius sint erectæ ad
cælum, si hanc figuram sub Hiacynto al-
bo sculptam re peteris, posuerisque hunc la-
pidem in argenteo annulo in æquali pon-
dere ad lapidem, & sub lapide modicum
masticis & terebinthina, ac feceris sigillum
in cera, gestauerisque ad collum, à Regibus
& Principibus impetrabis, quicquid volue-
ris, iustissime autem & castissime est ges-
tandus.

Serpentis figuram habentis supra dor-
sum virum, & super eandem coruum, si in a-
liquo lapide sculptam inuenies, qui hunc
lapidem secum portarit, omnibus abunda-
bit, & erit astutus atque prudens.

Vir stantis supra draconem, qui in manu
teneat gladium, figuram, si in hematite
sculptam inuenies, pone in annulo plum-
beo, vel ferreo, & obedient ei omnes spiri-
tus subterranei, & reuelabunt ei omnes the-
sauros

tauros leni carmine , nec non extrahendi modum ipsi ostendit.

Viri stantis & habentis loricam indu-tam , & in capite galeam , in manu vero gla-dium euzginatum , figuram , si in aliquo la-pide sculptam inuenies & in annulo ferreο tanti ponderis ligaueris , ferens hunc in pre-lio nemo resistere poterit .

Viri barbati habentis longum vultum , & curuata supercilia , sedentis super aratum inter duos tauros , figuram si sculptam in ali-quo lapide inuenies , ad plantationes , & ad omnem culturam valet , ad inueniendos thesauros , & bellandum , conuertet inimi-cos in amicos , & in multis infirmitatibus valet , & si quis eam portaret , fugient ser-pentes a facie eius : epilepticos quoque sanat , & si infans eum portaret ad collum , timorem ab eo expellit , & vexationem ma-lorum spirituum , & si æger portabit , sanita-tem recipiet , utque maiorem virutem ha-beat , debet ponī in annulo ferreο , in dupli-ci pondere ad lapidem .

Aquilæ stantis figuram , si in ethice scul-ptam inuenies , & in annulo plumbeo po-nens , ferens eum erit acceptus & amatus ab hominibus , & animalia obedient ei .

Arietis & simul Leonis figuram , si in ali-quo pretiosiorum lapidum sculptam inue-nies ,

nies, & in argenteo annulo ligaueris, si cum
eo discordes tetigeris, concordabunt.

Capricorni signum sculptum in Corneo-
lo, aut in alio lapide, in annulo argenteo li-
ga, & tecum porta, nec enim personaliter
nec otaliter ab inimicis laederis, nec iudex
contra te iniustam sententiam dicet, in ne-
gotiatione & honore abundabis, & amici-
tiam multorum acquires, & omnes fascina-
tiones, que contra te factae fuerint, destru-
entur, in p̄lō quoque nullus inimicus,
quam etiam fortis fuerit, tibi re-
sistere poterit. Hæc
Chael.

TRA.

TRACTATVS III.

SIGILLA SEV IMAGI-

gines Hermetis.

Hermes lib. quasdi-part. 14. has commen-
morat imagines.

Hominis imago sculpta in diadochoc
stantis , & mangæ statutæ , tenentis in ma-
nu dextra obolum , & in alia serpentem , sit-
que super caput hominis figura Solis , & pro-
stratum teneat sub pedibus Leonis , cum po-
sita fuerit in annulo plumbeo cum modico
arthemisie ac radice ferni græci , tecumque
habueris in ripa fluuii , & vocaueris aquati-
cos spiritus , ab eis de quaestis responfa acci-
pies.

Hominis figura stantis ac tenentis fasci-
culum herbeæ collo appensum cum grossitie
renum & amplitudine spatularum , cum in
viridi laſpide sculpta erit , scias ipsum auxi-
lium præbere febricitantibus , & à febre li-
berare , & si quis artem medicinæ exercet se-
cumque portauerit , in discernendis agritu-
dinibus & cognoscendis medicinis & her-
bis , in dandisque potionibus maximam gra-
tiam præbet , inque omni hæmorrhagia &
fluxu sanguinis iunat , protinusque compe-
scit.

Turturis

Turturis martini imago, si in lapide marino sculpta sit, & in annulo plumbeo ligata feratur, non poterit hædi ab aliquo, & a tenoribus & dominis certarum diligeretur.

Aquarii figura si sculpta fuerit in viridi laспide, & quis secum portauerit, locrum præbet in vendendis & emendis rebus, & ab eo mercatores consilium quærunt, & in suum domicilium merces portabunt. Avis quæ in ore folium tenet, & in eius conspectu sit caput hominis aspicientis ipsam avem, si in lapide Pangone sculpta sit, eamque in auro ligatur, & tecum portaueris, diues eris, & locuples, & ab omnibus venerabis.

Louis figura, quæ est hominis sedentis super cathedram quadrupedem, sintque ibi quatuor homines stantes ante louem, sintque manus louis erat et cælum versus, & in capite habeat diadema, si in Hiacynto sculpta erit, ac in auro ligata, & quis tales annulum secum portauerit, seu figuram huius annuli impressam in cera collo suspender, a regibus & sapientibus quicquid voluerit, impetrabit.

Hominis imago habentis vultum Leonis, & pedes aquilæ, & sub pedibus eius sit draco, & cauda sit extensa, in manu vero ipsius hominis sit baculus, cum quo percutiat

certarum

tit caput draconis, si in crystallo sculpta erit, aut in aliquo pretioso lapide, & ligata sit in orichalco, & sub lapide sit moschus & ambra, si quis fert secum talern lapidem, habebit spiritus obedientes, ac magnas facultates accumulabit.

Hominis sedentis super aquilam, ac in manu virgam tenentis imago si in crystallo sculpta fuerit, & in annulo aereo, seu cupreо ligata: si quis hunc annulum in die Solis ante exortum ipsius expelerit, omnes inimicos suos vincet, & superabit, si in die Iouis expelerit vicitur hec illi erit, libenterque omnes homines ei obedient, sed oportet gestarem vestiri albis uestibus & a Columbina carnem abstinere.

Hominis figura equitantis, ac tenentis in una manu frenum, & in alia arcum tensum, & habentis gladium cinctum, si in pyxide lapide sculpta fuerit, & in annulo aureo ligata, & quis secum portauerit, cum victorrem reddet in praeliis, nec quis ei resistere poterit.

Mulieris imago habentis crines sparsoe super mammillas, & in eius conspectu sit vice quasi adueniens, faciensque ei aliquod amoris signum, si in Hyacintho seu crystallo sculpta fuerit, ac in auro ligata, & sub lapide sit ambra, aloes & artemisia, ferenti hunc la-

B piderem

pidem in annulo omnes obedient, & si mulierem cum eo terigeris, amabit te & si capiti supposueris, cum vadis dormitum, quicquid volueris, videbis.

Hominis imago sedentis supra pescem, & super caput hominis ut paucus, si in lapide sculpta sit rubeo, & ipsum sub tabulam in conuictio posueris, nemo comedens cum dextra, satiabitur.

Hominis nudi stantis figura, & a dextra eius sit puella itans, cuius capilli sint ligati circa caput, & vii teneat dextram suam supra collum puerorum & sinistram supra petrus, aspiciatque vultum eius; ipsa vero in terram, cum in aliquo lapide sculpta erit, ac in ferreo ligata annulo, & sub lapide sit parvum lingue pastoris, pupae, myrrae, aluminis, sanguinisque hominis, qui hunc annulum portauerit, invictus erit, nec ullus poterit ei resistere, nec feria aliqua ei nocebit, Epilepticis quoque valer, si cernam rubeam signaueris cum eo, & si ad collum canis ponatur, latiare non permittit.

Hominis imago tenentis in manu flores, & in Corneolo sculpta erit, ac in annulo posita stanneo, & annulus fabricatus fuerit die Lunae, aut Veneris, 4. 8. aut 12. hora, tange quem volueris hoc annulo, & obediet statim tibi.

Ho-

Hominis barbati figuram habentis vul-
tum longum, superciliaque curua, sedentis
super aratum inter duos tauros, habentis
que vultarem in manu, in lapide sculptam;
scias virtutem habere in plantatione arbo-
rum, & inuentione theſaurorum, ac victo-
rem in prælio efficere: serpentes à facie ge-
stantis fugantur epilepticus sanat, omnem
que vexationem malorum spirituum tollit,
debet autem in annulo ferreo ligari, & geslati.

Hominis tenentis falcem in manu super
caput suum, figura & sub pedibus crocodi-
lum, cum in lapide sculpta erit, ac in annulo
plumbeo ligata, & sub lapide sit parum ra-
dices squillæ, qui secum hunc annulum por-
tauerit, ab inimicis securus erit, & in itinere
alatronibus.

Hominis figura tenentis gladium in ma-
nu, & sedentis supra draconem, cum in ame-
thysto sculpta fuerit, ac in plumbico annulo,
vel ferreto ligata, & in digito feratur, spiritus
obedient, reuelabuntque ei qualescumque
theſauros.

Aquilæ stantis figura, cum in æthite lapi-
de sculpta fuerit, & in annulo plumbeo li-
gata, virtutem habet, qui secum portauerit
capiendi multos pisces, nec vlla fera ei noce-
bit, adque hominibus diligitur.

Hominis habentis in manu palmam fi-
B a g u s;

guta, si in aliquo lapide sculpta erit, reddit
gestantem gratum, & amabilem potentia-
bus & principibus. Hæc Hermes.

TRACTATVS IV.

IMAGINES, SEV SIGIL.
la Thoreli.

THebel vetustissimus Doctor tractans de
sculpturis lapidum, ait, has sculpturas in
conuenientibus lapidibus repertas, maxi-
mam habere virtutem.

Hominis imago sculpta in Iaspide haben-
tis scutum in sinistra, & in dextra idolum,
vel aliquid bellicosum, & loco pedum sint
viperæ & loco capitis hominis sit caput Gal-
li vel Leonis, virtutem dabit contra inimi-
cos, & victorem gestantem reddit, valetque
aduersus venena, sanguinem quoque strin-
git à quacunque parte fluat.

Hominis figura habens fasciculum her-
bæ in collo, cum in Iaspide sculpta fuerit,
virtutem habet discernendi, seu cognoscen-
di infirmitates, sanguinem à quocunque lo-
co fluat, frenat: dicuntque hunc lapidem
habuisse Galenum.

Crucem sculptam in Iaspide viridi, dicunt
habere

habere potentiam liberandi gestantem ab aquæ submersione.

Fœmina habens in una manu auem & in altera pisces: cum sculpta fuerit in Chrysolito, ad negotiandum multum valer.

Lupi figura sculpta in Iaspide contra astutiam valer, & infana verba prohibet proferre.

Cerui figura in Iaspide sculpta virtutem habet sanandi & liberandi lunaticos & phreneticos.

Imperatoris figura in Iaspide sculpta cum capite erecto, gestantem reddit amabilem ab omni creatura, & quicquid petierit, obtinebit.

Virginis figura cum veste profusa tenetis in manu laurum, cum sculpta fuerit in Iaspide, gestantem efficie securum à submersione aquæ, nec à Dæmons vexabitur, facitque potentem, & omnia impetrantem.

Hominis figura habens in manu inscriptam palmam, cum in Iaspide reperiatur, potentem reddit gestantem principi busque gratum. Hæc tenus

Thetel.

TRACTATVS V.

IMAGINES, SEV SIGILLI
la Salomonis.

VEto siissimus inuentus est libellus in de-
ferro apud filios Israe lis, qui, quoniam
in eo multa Salomonis opera reperi-
ebantur, Salomoni fuit ascriptus. Titulus libri
erat, De Sigillis lapidum secundum nomen
tuum Domine, & secundum curium stella-
rum.

Hominis sedentis super aratum figura;
habentis collum pardum & prolixam bar-
bam, quatuorque homines iaceant in collo
ipsius, & teneat in una manu vulpem, in al-
tera vulturem, scias istud sigillum collo ap-
pensum ad omnes valere plantationes, o-
mnique thesaurorum inuentiones: proba-
tionem autem istius sic institues. Accipe la-
nam nigram puram sine tintura, inuoluca
lapidem, poneque inter paleas tritici, & ca-
piti suppone, videbis tunc in somno omnes
thesauros istius regionis in qua fuerit, si-
mulque habet virtutem sanandi omnes be-
stiarum languores, si aquam, in qua lotus
fuerint, biberint.

Homi-

Hominem sculptum in laſpide viridi, qui habeat clypeum pendentem in collo, & ſu-
pra caput galeam cum gladio erecto, pedi-
busque calcet feruentem, appone collo, &
non timebis ullam inimicū, in omnibus
cebus etis viatori maxime vero Marzialibus,
debetque ligati in æte.

Equus geniens in dorso crocodilum in hi-
cyntho albo sculptus, amabilem facit homi-
nibus & bestiis.

Hominis sedentis figura & mulieris stan-
tis ante eum, habentis capillos extensos us-
que ad femur, levantis vero oculos fursum,
cum in Corneolo sculpta fuerit, ſcias virtu-
tem eius esse, omnem hominem tam ma-
rem vel fœminam reddere obedientem, de-
betque in tanto pondere auri ligati, quatum
ipſe lapis habet, ſubtus autem pone betoni-
cam & ambram.

Equum ſpumantem cum viro ſupra ſe te-
nentis ſceptrum manu, in amethysto scul-
ptum, ſcias illud ſigillum prodefie ad omnes
res quas habet, qui illud gerit, omnesque
principes & primates erunt ei obedientes,
debet autem ligati in auto vel argento in
duplo ad ſigillum.

Capitis hominis cum longa barba ac mo-
dico ſanguinis circa collum, ſi in adamante
imago ſculpta reperiatur, ſcias ad vi-

*C*totiam audaciam que conferre, & corpus ab omnibus preservare valetque ad impetrandam gratiam a principibus.

*H*ominis volentis instrumentis ludere figura in sapphyro sculpta gratosissimum omnibus reddit.

*G*alli imago, vel trium puellarum cum in Achate reperiatur, hominem gratosum apud Deum & homines reddit,

*L*eonis figura in granato sculpta diuitias praebet & honores, laetificat, tristitiamque expellit.

*C*erui aut columbi imago in Onyche sculpta gestanti praebet animositatem aduersus demonas.

*H*ominis figura in similitudine mercatoris portantis merces advendendum, aut hominis sedentis sub centurione, cum in Smaragdo reperiatur, dat diuitias, victoremque reddit, & ab angustiis subleuat.

*T*auri vel vituli imago in magnetre reperta, portanti felicia praebet itinera per omnia loca, valetque contra omnes incantationes.

*E*qui aut lupi figura in lapislazuli reperta superbis fugat, sanguinemque sustinet.

*H*ominis figura coronata in Topatio gestantem efficit bonum, monigeratum dilectumque

Etumque D E O & hominibus præberetque
honores ac dignitates.

Hominis armati cum ense in manu, cum
in sardio vel amethysto sculpta reperiatur i-
mago, gerentem acquirere facit perfectam
& bonam memoriam, redditique pruden-
tem.

Cerui vel hirci figura in Chalcedonio
reperta sculpta, virtutem dat augendi di-
uitias, cum in capsula pecuniaria referua-
tur.

Leporis imago in Iaspide portantem à
nullo dæmoni lædi paritur.

Locusta marina in berillo sculpta, rixas
conciliat, & matrimonium in amore con-
iungit.

Nocticoracis figura, quia Palladis avis
est, sculpta in lapide qui facit ad scientiam,
hominem facit scientissimum & eloquen-
tem.

Pauonis imago sculpta in conueniente
lapide gestantem reddit diuitem.

Hominis figura interficiens Leonem,
aut aliam bestiam cum gladio, gestantem
astutum, victoriosum & amabilem red-
dit.

Hominis tenentis laurum vel palmarum in
manu dextra imago portantem efficit cau-

tarum & præliorum victorem, amabilem &
potentem in regione sua.

Hominis alati figura habentis sub pedi-
bus serpentem ac tenentis caput eius in ma-
nibus, gestantem diuitem, prudentem & a-
mabilem reddit omnibus.

Formicæ habentis spicam vel granum in
aliquo lapide sculpta imago ad diuitias va-
ler acquendas.

Galli figura tenentis rostro coronam vel
Zonam in duello victoriam dabit, præter-
tim si in gallinaceo fuerit.

Hominis stantis cuius caput sit bouis, pe-
des vero aquilæ figura, in gemma aliqua
sculpta cum iuuenies, inque cesam im-
pressæ, nullus hominum de te male lo-
quetur.

Basiliscum & draconem inter se pugnan-
tes, cum in Corneolo iuuenies sculptos,
sitq; ibi caput bouis, bellaturus applica col-
lo, omnesque bestias vinces tam marinas,
quam terrestres.

Hominis nudi inflati & coronati, tenen-
tis in una manu scyphum, in altera ramum
herbz, figuram in gægate sculptam, ligatam-
que in annulo cuiusuis metalli febricitan-
tem, cum gestauerit, protinus à febre libe-
rat.

Viti sedentis super pisce figura in Iaspide
rubeo

tubeo sculpta, pannoque alicuius imposita,
conuiantem si cum dexia comedet, non
saturari faciet.

Mulieris figuram habent ictines sparsos,
vel mammillas nudas, inque conspecta eius
sit vir cernens eius faciem, eam in hyacyn-
tho, granato vel crystallo inuenitis styl-
ptam, ligauerisque in annulo aureo, anti
ponderis ut lapis est, sub lapide vero firmam-
bra, aloes, polypodium, gestantem effi-
ciet omnibus amicabilem, cumque suppe-
natur capiti, in somno videbit, quæcumque
voluerit.

Viri equitantis & tenentis in manu fre-
num, &c in alia arcum cum gladio cincto, fi-
guram, cum in pyrite sculptam inuenies, li-
geturque in annulo aureo, gestantem victo-
rem reddit in prælio, cui nemo resistere
poterit, & si quis hunc annulum submet-
serit in oleo muschato, omnes ipsum periu-
lcent, si inunxit vultum suum illo oleo,
nec ei poterunt se opponere.

Vix stantis qui sit nudus, &c à dextris e-
ius sit puella nuda stans, eiusque capilli fint
ligati circa caput, figuram, cum in magne-
te sculptam inuenies, & vir teneat dex-
tram suam super collo puellæ, sinistram ve-
to supra pectus, & vir atpiciat vultum pa-
rella, hæc autem terram, pone in annulo
ferrico.

ferreo tanti ponderis, quanti est lapis, inclu-
deque sub annulo vppar lingua , myr-
tham, alumen, & de sanguine hominis, quæ-
tum lingue pondus est, ferenti hunc annu-
lum, nullus inimicus poterit resistere in cō-
ipe eius, siue in bello, siue alibi, ne clarro,
nec fera nocens poterit intrare domum, in
qua hic nominatus lapis fuerit, & cum epi-
lepticus a quam biberit, in qua lotus fuerit,
sanabitur; Cera quoq; rubea eum eo signe-
tur colloque canis fuerit appensa , latrare
prohibebit.

Militem super equo currentem cum cor-
nu ad collum, & cum arbore ante ipsum,
sculptum in pretioso aliquo lapide, scias va-
lere ad omnes venationes.

Fœminam tenentem in una manu auem,
in altera pistem, in crystallo sculptam, scias
valere ad capiendum aues, debetque ligati
in argento.

Hominis figuram cum hircino capite lo-
co sui, scias valere ad acquirendum diui-
tias.

Aquilæ figura in crystallo sculpta gestan-
tem reddit diutem , victoriosum & elo-
quentem,

Cornutum animal, quod equum subitus
se ferat, & equus retro se ducat medietatem
caprae, sculptum pretiosiore aliquo lapide,
scias

scias plurimū valere ad domandum quamcunque bestiam, debetque ligari in annulo plumbeo.

Turturis figuram, cum in Pangone inuenieris sculptam, & in annulo plumbeo ferēs nunquam vulnerabitur, nec malum accipiet, sed honorabitur ab omnibus, maxime à Seniortibus.

Avis tenentis folium in ore, sitque in ore & conspectu eius caput hominis aut vulnus, figuram, cum in auro sculptam inuenies, ferens ex omnibus, quae empturus est & venditus luctum acquirer, à que emptori bus inuestigabitur.

Leonis vel draconis vultus habentis duo capita cum canda delicata, vel viti in cuius dextra cum baculus, & percuniat caput Leonis, figuram, cum in crystallo sculptam inuenieris, posuetisque in orichalco, sub vero lapide moschum & ambram, tecumque portaueris, omnes tibi obedient, facultatemque tuam amplificabis, signata cum eo cera eandem habebit virtutem.

Equi alati, qui Pegasus dicitur figuram, cum in aliquo lapide sculptam inuenies, optima est militantibus, & in campestri bello dat audaciam & alacritatem.

Viri & serpentis circumdantes visum figuram, cum in aliquo lapide sculptam inuenies,

nies gerenti scias praebere victoriam in prae-
lio campestri.

Arboris, vel vitis, vel spicæ figura in ali-
quo lapide sculpta gestantem facit in victu
& amictu abundare, principesque reddit
benevolos.

Mars armatus vel virgo stolata cum cir-
cumflexa ueste tenens in manu laurum, in
lapide si inueniatur, potentem gestantem
reddit ad arma perficienda, & a morte vio-
lenta, aquæque submersione liberat, cali-
busque aduersis.

Hominis armati in equo cum lancea fi-
gura in amethysto sculpta facit gestantem
victoriam in campestri bello.

Hercules figuram, tenentis in dextra clav-
am, interficiens Leonem, vel aliud mon-
strum, si in lapide sculptam repeteres, scias
praebere victoriam in campestri pugna.

Iouis figura, quæ sit in forma hominis
cum arietis capite, gestantem facit amabi-
lem, citoque impetratatem quicquid vola-
bit.

Virgo aut puella cum lampade in crystal-
lo sculpta, virtutem habet custodiendi ocul-
orum lumen.

Ignis triplicitatis, id est, Arietis, Leonis &
Sagittarii figura sculpta in lapide pretioso
omnibus frigidis & agititudinibus valere per-
hibet.

hibetur, opitularique febribus phlegmaticis, & ob Planetarum, qui in illis signis tenent dominum, dignitatem, reddere Deo & hominibus gratiam, facundum, ingeniosum, honorumque & dignitatum facile potiri valorem: debet autem ita sculpi, ut in triangulo Leo teneat conum, aries in basi dextram, Sagittarius sinistram.

Tereæ triplicitatis, id est, Tauri, Virginis & Capricorni, imago lapidi insculpta omnibus calidis & humidis ægritudinibus auxilium præstabit, gestantemque inclinabit ad operas rurales, ut sunt arare, plantare, seminare, vineas excolere & similia. Debet autem in cono esse Capricornus, in basis dextra Taurus, in sinistra Virgo.

Aereæ triplicitatis, id est, Geminorum, Librae & Aquarii imago, in lapide sculpta ab omnibus ægritudinibus frigidis & fccis ex humore melancolico oriundis, liberat, præserum vero quartana, et quæ in trianguli cutipide libra, in basi dextra aquarius in sinistra gemini.

Aquaæ triplicitatis, id est, Canceris, Scorpis, pisces, figura lapidi insculpta, à calidis & fccis morbis liberat, ut Ethica, omnibus que cholera morbis, verum gestantem reddit inconfitatem, iniustum & veritatis osorem, debet autem in coronide trianguli esse

Cancer,

Cancer, in basi dextra Pisces, in sinistra
Mars.

Saturni figura in sculpta lapidibus est e-
iusmodi. Vir senex falcem tenens in manu,
habens barbam non multum pilosam: hec
figura sculpta in lapide de natura Saturni
gestantem reddit potentem cum continua
potestatis augmentatione.

Iouis Imago est hominis sedentis in solio
seu in quadrupede cathedra, virginem tenen-
tis una, altera vero pilam: seu tenentis ido-
lum Cancrum vel pisces, & ante pedes ha-
bentis aquilam: Sed apud Magie Doctores
aliter figuratur, hominis enim igituram scul-
punt cum arietino capite, rugulis calcaneis,
subtili pectore, que si lapidi, maxime Kra-
bati insculpatur, gestantem reddit fortuna-
tum, amabilem, religiosique gratum, extol-
litque ad honores & dignitates.

Martis imago multipliciter in lapide fi-
gurat, interdum cum vexillo in manu, in-
terdum cum lancea, aut alio instrumento
bellico, semper tamen armatus, & aliquan-
do equester: huius lapidis si sculptri virtus
gestantem reddit victoriosum, audacem,
bellicosum, maxime vero si sculpatur in la-
pide virtutis con similis.

Solis figura diuersimode repetitur, inter-
dum instar Solis cum radiis circumquaque
aliquando

aliquando instar hominis sedentis in folio cum capillis sparsis & veste profusa, nec non in curru, ac si ab equis quadrigis vehetur, ita ut circum circa currum sint 12. Zodiaci signa: Virtus autem huius figuræ in aliquo lapide sculptæ gestantem reddit imperantem, Magnatibusque gratum.

Veneris imagines similiter multæ sunt, lapidibus tamen sequens frequentius insculpirur: Multa cum magna veste & stola; manuque tensens laurum: huius virtus est agilitatem dare in rebus agendis, omniaque ad optatum finem deducere, timorem submersionis aquaticaæ auferre, honores vero muliebres afferre.

Mercurii figura homo est gracilis pectoris, pulchram habens barbam cum talariis, caduceam tenensis virgam cum gallo ante pedes, aut cum serpente sub pedibus, virtus eius est conferre ad scientiam & orationem comparandam, mercatoribus locupletandis quoque maximum præstat auxilium.

Lunæ imagines variæ sunt, aliquando enim figuratur in propria Lunæ figura, cum cornibus, interdum in curru, ut puella cum canibus & phaterra, cum canibus sequentibus ceterū: huius imaginis virtus est præbere expeditionem in legionibus, ex his bo-

C ña &

na & honores, inque omnibus rebus agentis præstare celeritatem & facilitatem, ad que optatū finem omnia deducere. Verum caute obseruandum, ut etiam iupra monitum est, Planetam, cuius imaginem in an- nulo coueniente sculptam cupis optime debere esse dispository, hoc est, non combustum, retrogradum, malorumque radiis oppressum aut tacitum, sed in bono Cœli loco, Oriente vel Medio Cœli, cum Ioue vel Venere, in dignitatibusque essentialibus, alias imago vana ex stet, nulliusque momenti.

Cæterum Vrsi imaginem sic formarunt veteres.

Binæ vrsas insculpunt circumvolutas à ser- pente, Major vrsa in capite circumflexionis, minor in cauda continetur: quæ imago in aliquo lapide sculpta, gestantem scientem reddit, versurn & potentem.

Coronæ imago similitudinem coronæ Regie cum pluribus habet stellis, interdum in umilitudine regis capite coronati figu- ratur, existique in Septentrionali parte & signo Sagittarii, estque de natura Veneris & Mercurii, curioque hæc imago in lapide fue- rit sculpta, dat gestantibus honores & sci- entiam, regiamque gratiam.

Herculis quoque incurvati imago talis est:

Est: Vir in genua prolapsus tenens in manu clauam interficiensque Leonem: aliquando vir cum Leonina pelle in manu, talesque figure in decente lapide sculptæ ad victoriam conferunt bellicam, maxime si in Achate gestetur.

Cygnis iue gallinæ imago, expansis alis colloque incuruato, figura gratum gestantem reddit populo, scientem, diuitem, podagramque, paralysin & quattanam peluit.

Cephei figura habentis præcinctumensem cum brachiis & manibus expansis in lapide sculpta, cautum reddit, & scientem, & cum puluinati dormientis supponatur, in somno res delectabiles facit apparet.

Cassiopeia mulieris imago est sedentis in cathedra habentis manus porrectas ad modum crucis, aliquando cum triangulo in capite, in signo autem tauri constituitur, & in septentrionali parte, eius natura est de Saturno & Venere, cum haec sculpta fuerit in convenienti lapide, virtus eius erit, hominibus sanitatem præbere, infirma & desatigata corpora restaurare, quietem & tranquillitatem post conceptum laborem gestantibus præbere, amorem & suavem somnum praestare.

Andromeda puella imago est, habens
crines sparlos, ac remissas manus, à tauro
cotinetur in septentrione, Venerisque na-
turæ est: eius virtus est, si in lapide sculpta
erit, rixas & iurgias inter vitum & uxorem
ortas reconciliare, & stabilem amorem fir-
mare: & à quamplurimis infirmitatibus
custodire.

Perseus, ensem in dextra manu, in fini-
stra caput Gorgonis habens, imago est, ac
locatur in tauro, & in septentrionali parte,
vim Saturni habet & Veneris, si in lapide
sculpta fuerit, ab infortuniis gestantem a-
uertit, & à fulgure, tempestate præseruat,
non solum gestantem, sed & loca, vbi con-
tinetur, fascinaciones quoque soluit.

Serpentarius est hominis figura haben-
tis serpentem tenentis in dextra caput, &
sinistra caudam: est in signo Scorpionis, &
in Septentrione, naturam habet Saturni &
Martis, Virtus eius in lapide sculpta est va-
lere contra venena, venenosorū animalium
morsus curare, & si lotura eius bibatur, facit
venenum euomere sine lazione.

Aquila siue vultur cadens, est imago a-
quilæ volantis cum sagitta sub pedibus, in
cancro, & septentrionali parte collocatur,
de natura Iouis & Martis est, sed sagitta de
natura Martis & Veneris: haec constellatio-
nes cum

pes cum in lapide sculpta erunt, gestantis veteres honorum gradus conseruare, & novos acquirere, adque victoriam conferre dicantur.

Piscis siue Delphinus est imago gibbosus piscis: est in signo Aquarii & in Septentrione, naturam habens Saturni & Martis, quod cum in lapide sculpta sit, artibusque alligata fuerit, gestantem fortunatum efficit in piscando.

Pegasus siue equus alatus, vel secundum aliquos medietas equi cum aliis: secundum alios totus equus cum aliis: & sine freno, in signo strictis, & in septentrionali parte naturam habens Martis & Ionis: cum sculptus fuerit in lapide, gestanti in campestri bello victoriam praebet, & velocem, cautum, audacemque reddit: cum vero equi collo suspendatur, aut in aqua ponatur, ubi bibat equus, a multis infirmitatibus eum liberabit.

Cætus est figura magni pisces cum curuata cauda & magno ore, continetur à tauro, & in meridionali parte naturamque obtinet Saturni: in lapide hæc figura sculpta cum supra dorsum habeat serpentem cristatum, in mari gestantem felicitat, cumque prudentem & amabilem reddit, & ablata restaurat.

Orionis armati hominis imago cum en-

C 3 se scu

se seu falce in manu collocatur in signo geminorum, & in parte meridionali, Iouis, Saturni & Martis naturam habet, haec figura in lapide sculpta, gestantem reddit victoriosum, & de inimicis victoriam reportare facit.

Nauis imago est cum retorta prora, & elevato velo, & aliquando fine & cum remis, continetur a leone, & in meridionali parte, est naturae Saturni & Martis, in lapide autem sculpta securum reddit gestantem in agendis rebus in mari, & aqua, nec ab aqua damnum capere permittit.

Canis imago est figura canis leporini cum cuncta curuata, existit in signo Cancri, & meridionali parte naturam Veneris habens, si in lapide sculpta sit, ipsam vim habere dicunt liberandi totaliter lunaticos, maniacos, Daemoniacos.

Leporis ad similitudinem leporis imago est cum extensis auribus & pedibus, ac si in cursu esset, in signo geminorum collocatur, & in meridionali parte: natura eius est Saturnia & Mercurialis: virtus huius est phreneticos curare, & contra Daemonum versutias valere, nec a maligno spiritu gestans poterit laudi.

Centaurus, est figura tauri usque ad collum, reliqua hominis tenentis in sinistra ma-

du hastam quiescentem supra sinistram spatulam cum appenso lepole : in dextra vero manu bestiolam reipinam cum lebe & appenso : in libra & meridionali parte constituitur : estque naturæ Louis & Martis , virtus huius sculptura est reddere gestantem constantem, & sanum perpetuam sanitatem.

Canis imago sedentis in Cancro , de natura Veneris est : cum in lapide sculpta fuerit, tecumque portaueris, hydropeum non timebis, & à peste, canisque mortu liberaberis .

Sacra i seu thuribuli figura de natura Veneris & Mercurii, cum accenso igne, cum in lapide sculpta erit habilem gestantem ad conuocandas spiritus efficit , ac in eorum conuersione esse , eosque reddit obedientes : dicunt etiam gestantem reddere ornatum perpetuam virginitatem, cum castitatem inducat.

Hydræ seu serpentis imago est serpentis figura habentis supra se vnam circa caput, & coruum circa caudam , de natura Saturni & Veneris: virtus eius est efficere gestantem ditissimum, astutum, cautum, prudentem, & à nocuis rebus liberum, & resistit omni nocti colori.

Coronæ australis figura, imperiali coronæ assimilatur, de natura Saturni & Martis,

in augendis diuitiis eius virtus est , hominemque hilarem , & iucundum reddere.

Agitatoris seu aurigæ imago est hominis figura in curru tenentis hircum in humero sinistro : collocatur in signo geminorum , & in septentrione , naturam habens Mercurii : haec figura in lapide sculpta facit gestantem venatorem & fortunatum in capiendis animalibus.

Vexilli imago sit in similitudinem vexilli expansi in extremitate hastæ . Hæc in lapide sculpta efficit gestantem in militia fortunatum , ac viqorem in campestri bello.

Imago Leonis sculpta in auto , Sole existente in Leone , Luna Saturnum non respiciente , præseruat à calculo calidisque agitudinibus.

Scorpii imago in annulo aureo & lapide bezoar impressa , aut sculpta Luna existente in Scorpione , si que Scorpius in uno ex cardinibus mundi , ad puncturam Scorpionis valet.

Imago aquarii prodest iis , qui habent falsas imaginationes , vt sunt melancholici , quattanarii , maniaci , oportet autem ut fiat in die Solis & hora eius , & non sit Jupiter combustus , neque Sol sit Ioue altior ; neque Saturnus sit in ascidente , neque in 19.gr. Arietis 3.15.27. Tauri 11. Geminorum 3.4.12.

15.19. Cancer. 2.5.19. Leonis: 3.13.30. Virginis:
3.5.21. librae: 7.18.20.21. Scorpionis: 13.20. Sa-
gittarii: 11.13.24. Capricorni: 7.18.20. Aquar-
ii: 13.29. Piscium.

Imago pisicium, Sole existente in piscibus
in 12. domo & Luna in ascidente, domino-
que ascendentis, & domino domus (extre-
spectu sextili aut trigono) respicientibus ad
inuicem, aut saltem Luna respiciente alte-
rutrum, à podagricis doloribus gestan-
tem sub plantis pedum liberare
experimento di-
citur.

C S DE

S I G I L L A

DE RATIONE CON-
FICIENDI SIGILLA ET
IMAGINES MA-
GICAS.

TRACTATVS VI.

Expositis Sigillis & imaginibus Magicis,
& ratione eas conficiendi , quantum
quidem ab ipsis vetustissimis scriptoribus
eruditum est. Superest , ut etiam hoc loco
aditungatur exactior eas conficiendi me-
thodus , & superiora explanentur accura-
tius.

Et quidem ante omnia in scaturum com-
positione considerandum est tempus, electio-
nis in quam tempus in figuris lapidibus in-
scribendis vel insculpendis diligenter ob-
seruandum, maiorem enim tunc e celo vir-
tutem sulpicere, si statis temporibus oppor-
tunisque insculpantur, sic enim magis in-
fluunt sidera. Vnde amorem excitare bene-
volis, odium vero accendere volens, ini-
quis aspectibus utitur. Saturni igitur imagi-
nem fabricati volunt ipso existente in Ca-
pricor-

princorno vel Aquario, Iouis in Sagittario & pilibus Martis in Ariete & Scorpione, Solis in Leone, Veneris in TAURO & Libra, Mercurii in Geminis & Virgine, Lunæ in Cancro. Sic Leonis vel Cancri imago annulo vel lapidi infigi debent, Sole Leonem, Luna vero Cancrum peragrante, ita tamen, ut utique ab omni impedimento sic liber, praesertim vero à radiis Saturni vel Martis.

Tenendum etiam quodlibet signum quamdiu Sol in eo est, viuum fieri, cœcitatique dominari, effictumque eius p̄e aliis sentiri, ideoque semper Planetam diligendum ad locum esse, id est, signum faciem & gradum, quem Sol illustrat.

Hactenus de imaginibus Magicis priscorum Sapientum, quas eam pouissimum ob causam hic enumerasse placuit, ut planum fiat ex Magica Philosophia, hoc est, vera & naturalis Magia, nō Goetiae & Necromantice principiis eas esse extiratas, quamq; certum est superstitionem in multis per abusum irreptissime: *Vsus habet laudem, crimen alius habet.* Si quis enim cum superstitione ad male agendum eas referte velit, ordini diuino & ipsius artis ex qua fluxerint, principiis, erit contrarius eique verendum, ne delitis superstitionibus circumuentus, delirusto-
tus evadat & superstiosus.

Cæterum

Cæterum iisdem fere ex fundamentis & causis etiam nunc confari incepunt laminationes auratae, argenteæque rotundæ, quadratæ, vel triangulares, quibus certa planetarum signaturæ & characteres ad certos cœli positus & configurationes seu constellations insculpuntur, pro cuiusque Planeta favore atque influxu conciliando: imprimicetim recipi, atque retineri in eiusmodi figuris, & simulacris, certa specie, imaginibusque insignitis, planetarum influxum, rationi & experientia consentaneum est.

Hoc interim accuratissime obseruandum, ut Planeta, cuius influxum petis, sit fortis & fortunatus, hoc est, in proprio domicilio, exaltatione, vel triplicitate, in Orientis angulo vel medio cœli, liber à malis radiis Saturni vel Martis, fultus Venetiæ vel Iouis trigonio, aut Sextili, vel iis iunctus, directus, velox cursu, non combustus, ascendens in circulo augis.

ERE.

ERECTIO SIGNATVRÆ

Mercurii, pro acuenda memoria.

Exemplo sit Mercurius, cuius influxum si quis pro intellectu, ingenio, memoriaque acuenda conciliare sibi capir, obseruet, quo tempore anni Mercurius in geminis vel Virgine, in quibus signis suum habet domicilium, sit fortis & fortunatus in Oriente vel medio cœli: inuenia hora horæque minuto, siat cœlestis figura vna cū aspectum delineatione diligens & artificiosa sculptura in argento puto, quæ postea serico albo inclusa reseruatur, tiaræque, ea parte qua præcise cerebellum contingit additis moschi optimi aliquot granis, insuitur: præcipue autem de nocte, ac evidentius illa hora & tempore, quo sculptura & inchoata, & absoluta, operationem perficere, animaduersum est. Hoc anno 1608. Mercurius fortis & fortunatus repertus est circa 11. Maii, horamque matutinam secundam: Iterumque fortissimus & fortunatissimus existet circa 14. & 15. diem mensis Septembr. Paulo ante & post horam matutinam 5. quo tempore Solem in orientali cardine antecedit in proprio domicilio, exaltatione, & felici 1ouis triquetro.

Atque

Atque hic modus intellectuam potentiam
memoriamque exacuendi è cælorum virtutibus est, ex vegetabilibus quoque animalibusque, non parum me gratiæ initurum (per apud eos, qui memoria sunt fragili & fluviali, licet ad intelligendum excitati. si remedia quædam pro memoria corroboranda, quibus clariss. & doctiss. viros feliciter videntur, haec tenus inter secreta abscondita latuerunt, expromsero, non inuidens, quæ publico possunt esse usui. Multa autem iis ineffe scias, quæ neque temperamento, neque materia vel vili qualitatù manifeste inhaerescunt, sed soli proprietati cuidam occulte ascribenda iunt.

Recipe cordium hirundinum, adhuc palpantium num. 7. turturam num. ij. menthe sicce, pulegii, verbenæ, eufrasie, coriandri preparati, galitrichi, sing. vnc. i. florū rosmarinī vnc. 5. calami aromatici, cinamomi, sing. vn. 2. garyophillorum vn. 1. 5. moschi, & Galilæ moschatae, sing. gt. vj. mellis anacardini, styracis calamite sing. vnc. 5. quæ ex his patiuntur triturationem, redigatur in puluerem tenuem, cumq; aqua fæniculi redigantur in Pastillos ad formam nuclei palmuar. Vsurus hunc seruabit ordinem. Purgatio corporis 50. noctib. nikil præter passulas cum amygdalis paucis & pauco pane cœnabit, prandium

diū autem erit affa gallina, aut pullus gallinacēus, turtur, perdix vel simile quid, potus vīnum vnius anni modice dulatum. Singulis autem noctibus prope omni horam, pastillus dextræ nati inficeretur, cotoque obturabitur, sicque seruabis, nō ultra quam X X. Virgilii versas recitaueris: elapsis diebus aliquot pastillum sinistræ nati aqua solaram mafefactum indito, omniaque, que lecturis est, tenebis, vel intelligentia cito affequeris. Abstinendum vero, qui memoriam sic fermare omnino cupit, ab ebrietate, venere, cruditate ventriculi inprimis, omni latetate, fructibus viridibus, oleribus, carnis salitis, omnibusq; statutis generibus. Postremā mensa coquandri præparatum semen affumēdum est. Inprimis quoque curandum, ut diligenter & probe præparetur. Non quoque innoxiam erit, per intetua illa pastillum unum ore detinere ac deglutire. Iuuabit quoq; pastillum super pronas proiecere, ut fumus probe recipiatur in narēs, receptus retineatur, naribus gossypio obmiratis, ne exhaleret, vel etiam pastillos aliquotaqua lanendulæ vel rosacea, vel anisi dissoluere, frontemq; tēporā narēs, & occipitiū circa memorias capsulam manū & vesperis frequenter mafefacere, inque narēs linteola pura ea imbuta immittere. At qui hoc remedium paucis patet. Quid est.

Sed

Sed ut ad cœlestia reuertar, eodem planè
quo Mercurii, modo & forma reliquorum
planetarum vites atque influxus conciliari
poterunt, ut pro honoribus & dignitatibus,
principum ac Magnatum fauore atque be-
nevolentia impetranda, imago Solis exi-
stentis in Leone & domo decima, in trigo-
no Iouis vel Lunæ: impeditur tamen hoc
anno 1608. Solaris influxus ob Martis op-
positum ex aquario, quod ipsius etiam aeris
insignes ac insolite mutationes aperi demonstrant. Vnde in his figuris formandis v-
nace spectandum, vt is Planeta, cuius quis
sibi virtutem & influxum cupit concilia-
re, ab omni impedimento sit li-
berimus.

DE-



DEMONSTRATIO
RATIONVM, VNDE IMAGINIBVS HISCE MAGICIS
tanta vis & efficacia.

TRACTATVS VII.

Verum, cur & vnde annuli, imagines & figure in certo metallo vel lapide sculptæ, creditas habeant vires, non temperamento, non manifestis qualitatibus, non toti substantiæ est assignandum, sed diuinæ & Magicæ, hoc est, superiori cuiusdam & sublimiori causæ, quam non inconuenienter Spiritale vehiculum & vinculum quidam appellitarunt: hoc mediante corpus & anima substantiæ inuicem distantes copulantur inuicem, hac Magnes trahit ferum, cichoriumque motum Solis insequitur.

Hoc vehiculo & vinculo intercedente seu interueniente, Mercurius efficax est in hydriargo, memoria & cogitatione acuenda vel debilitanda, alectorio lapide, colore & sapore mixto, Ægypto, Græcia, Flandria, Silesia.

Hoc vehiculo interueniente, Luna efficax est in argento & vitris, cerebro, oculo fini-

D stri

stro vii, mulieris dextro, colore albo, cœruleo & cineritio, sapore salso; mediocre odore, crystallo, climate septimo, Flandria, Hollandia, Selandia, Dania.

Saturnus in plumbo, aure dextra, splene vesica & ossibus, colore nigro, liuido & plumbeo, sapore stiptico, lapidibus nigris & obscuris, climate primo, orientis dextro, Saxonia, Styria, &c.

Juppiter in stauno, pulmone, costis, pulsu, semine, aure sinistra, colore fusco, purpureo, flauo, viridi: Smaragdo, Sapphyro, Amethysto: sapore dulci, Climate secundo, septentione, Babylonia, Perfide, Vngaria, Hispania.

Sol in Javo corde, arteriis, oculo, dextro, latere dextro: colore anteo, eroco, subruffo: hiacynto: sapore acuto & acri, odore bono, non excedente: Climate quarto, Oriente.

Mars in ferro, aure sinistra, felle, tenibus: Iaspide, sapore amaro, felleo, acuto: colore rubeo: climate tertio, Septentione, Sarmatia, Getulia, Longobardia, Gotia:

Venus in Cupro & omnis generis scutulis: matrice, renibus, mammillis, gutture, genitalibus, epato: colore albo: sapore unctuoso, dulci & pingui: margaritis, sapphyro & carbunculo: Climate quinto, Austria, Arabia, Campania, Polonia, Heluetia.

Huius

Huius igitur influentibus occultæ principiū petere ex principiis & manifestis illis qualitatibus, temperamento vel tota substantia, non tam absurdum quam ridiculum est, cum illorum, à quibus hæ virtutes promanant, actiones corporeæ non sint, & sine corpore cœlitus illibantur. Quare nulla hic opus ex sensibus mensura, nulla ambitiosa verborum pugna & inani demonstrationum conatu. Omnis philosophicæ demonstrationis initium à sensibus & qualitatibus non peti posse, sed aliunde petendam, vel ex hoc vulgato patescit, si quis querat de albæ rosæ colore, vnde scilicet ducat originem, causamque velit frigidiori temperamento ascribere, quid quo dicit de rubra? Intybi species lacteumne incircos succum fundere dices, quod sint frigidæ? at complures calidissimæ, ut sunt thymali, qui eodem turgent & madent succo. Et aloë incircione amara est, quia calida? Atqui in opio quod pernitoso frigore necat, amaritudo est eximia. Et licet extotius substantiæ proprietate talia promanare concedatur, sublimior tamen & præstantior opifex, insculptor & formator supra illam in nostro mysterio collocandus est & querendus. Frusta igitur Alexandrei ad manifestas qualitates omnia referre conati

D 2 sunt,

funt, quod Scalig. exerec. 318. summæ ait esse
impudentię, & factem in venenis decuit il-
los acquiescere. Videmus è naturę gremio
& anu quædam prorumpere, quorum cau-
sa et si tunc plane inexplicabiles nobis, in-
uat tamen interea & voluptati est Philiatio,
rerumque naturalium industrio, sagacique
inuestigator, probabiles rationes commi-
nisci, quas si non assequitur plane, non ta-
men rebus manifestis derogat fidem, nec
effectus calumniantur, sed naturam eiusque
opificem admiratione prosequitur.


Hinc patet non omnino vana esse elici-
tur, quæ de cura characteristica, quæ culotis
imaginibus & de collo appensis naturales
operationes perficit per cœlestes proprieta-
tes siderum mitibili influentia cum nostris
corporibus concordantium, non inquam
plane vani sunt, quæ antiquissimi naturæ
exploratores de verbo scripto seu charakte-
ribus & sigilliis ceruis teinporibus secundum
cœli virtutem & influxum fabrefactis citra
omnem, quam sola myterii huius ignorantia
fixxit, superstitionem, citra nominis di-
uini prophætationem & offendiculum vi-
lamque tidei ac religionis violationem lite-
ris monumentisque consecratur, quæ licet
haec tenus postremisque hisce temporib. oc-
cultata & abscondita delituerūt, apud quoſ-
dam,

dam, qui illis sunt abusi potius quam legitime vii, cum ad superstitiones prolapsi, primordia non intelligentes, plus tuis tribuere sunt aucti, quam reū omnium creator Deus concessit, voluntque esse per ea patefactas. Tantum vero abeit, ut hisce imaginibus per se virium quid tribuam, characteresque ieu nominata constellata virtutem habere ratione figuræ, affirmem (cum figura, numerus, magnitudo, sicut, continuo que solutio nullius sunt actionis principia) ut, nisi aliud sit agens monensque, cuius potestate characteres sunt efficaces plane negem. Deus per Prophetas solo prolate verbo hominum sanat. viius siquidem Deus est, & viui Dei viuum quoque nomen, & viui nominis vius quoque literæ, viuit Deus propter ic, viuit nomen eius propter ipsum, & viunt litteræ propter nomen, & sicuti vitam habet in se ipso Deus, sic etiam nominis suo dedit vitam habere in seipso, & nomen potro literis. Sunt igitur imagines seu characteres efficaces ratione virtutis seu officii à Deo vel natura ad tale nomen vel characterem ordinati. Nulla enim & virtus vel in cælo, vel in terra, quæ non descendat à Deo: sic medicamenta sunt corpora visibilia, verba corpora inuisibilia, siue herba siue verbum saner, in causa est Deus, id est, spiritus Dei naturæ co-

adiuuatus per verbum Fiat. Vnde ipsa herba
non est medicina, sed hæc in illis latet inui-
tibiliter à Deo videlicet insita. Quapropter
non protinus ad orcum ysq; sunt damnan-
da: insulseque deridenda, quæ à sensibus
sunt remotiora, & causas ha-
bent abstrusas.

F I N I S.





UNIVERSITY OF LUMSDAY
ALBURNIG INSTITUTE

